N.

Mi gener dilectissime.

Propemodum praeterierat mi, diem hunc esse epistolarem. Id nunc venit in mentem, dum in eo sum, ut mediter lectionem in

Mi charissime fili.

M. Sollicitudo de itinere vestro tamdiu nos tenuit, ~~quam~~ donec tempestatis ~~ipsa~~ modus nobis spopondit, vos jam domi esse. Ventus enim fuit, et dubitavimus, quod iter legissetis. De quo cupimus edoceri. Postridie quam abiissetis, accepi ab Hundio literas ad te cum tribus disputationibus. Recte facies, si ad eum rescribas. Vocatur is ab Electore Regiomontium, ut Aulae Borussicae Concionator sit stipendio 2000 fl. De ea exposui consilium meum. Jam Clivis est cum socero apud patrem, ubi consultant. Nam socer reclamat. Fateor, cupio ipsi bene; sed tamen in Academia illa videtur aliquid perditurus, si inde abiret. De caetero nos, per Dei gratiam, ~~[illegible]~~ [illegible] ita sumus, ut nos reliquistis. Expectamus literas vestras, nuncias ipsius commodi itineris. Nihil hic novi. Valete et laetamini invicem in Domino. Lugduni d. 6. Augusti 1663.

Vester Joh. Cock.

Uxor mea mittit aliquantum panis dict. Ober. Sami cum parentibus eis resalutamini.

Ultrajecti fuit pastor.

Joh. Cock

62 25 0

Reverendo & doctissimo
Viro D. Guilielmo Anslario
V.D.M.

Bijsluijge

Middelburgh ten huyse van
M.H. Jacobus Anslaar bedie-
naer des Evangeliums.

met een Coffer
een houte kas.
een doos.
ende een Hoedekas
geteyckent ~~WA~~.
WA.